



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Philippicæ Sive Invectivæ LX. In Notorios Peccatores**

**Hartung, Philipp von**

**Egrae, 1687**

Philippica 38. in murmurones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76172](#)

ceræ beneficio pœnitentiæ in columbas transite. si qua est anima, que transfire non vult, & pascha cum Iesu celebrare renuit, huic ego æternum vale cum Celada facio pag. 7. in Esther. Vale anima de sobrio convivio ebria, vale adultera, vale detestabilis, impia, tærque quaterque infelix, te flamma expectat

æterna te horrendæ jam tartari fauces arripiunt, te infernarum fornicum claustra in æternum jam coercent, ustulant, & cruciant, vale!

\* \* \*



## PHILIPPICA XXXVIII.

In murmurones.

### DOMINICA III. POST PENTECOSTEN.

Murmurabant. Lucæ. 15. v. 2

S. I.  
Præmissi-  
mād mur-  
mura fūnt  
fūditi,  
fed damno  
fūo.



Vobis Salvatori nostro ab eo tempore, quo constitutus est Rex à Patre à eterno super Sion montem Sanctum ejus, prædicans præceptum eius, toto videlicet prædicationis & regiminis sui triennio accedit, ut murmurarent non tantum Pharisæi & scribæ, sed vilissimæ quoque fecis homuli, contra quos dicere Christum oportuit Ioh. 6. nolite murmurare; idem hodièque pœnè omnibus Magistratibus contingit, ut quidquid agant, statuant, imperent, insano murmure pleraque eorum dicta, facta, omisfa excipientur. Si hic vel iste ad senatum, aut è senatu ad consulatum evehatur, mox murmur in populo, quale in Israëlitico contra Moy-sen excitavere Core, Datana, Abiron, quod Aaroni summum Sacerdotium contulisset. Verum ut primi-pili hi murmurones ed diutiū pro-trahere, absque audientium tamen molestia, murmur possent, à terra

absorpti vivi descenderunt in infernum, ubi sequaces suos præstolantur. Si exactions novæ vel one-ra imponantur, murmur oxyüs ex-urgit longè molestius, quam stridula in curru rotæ, quo equidem au- res Dei gravissimè lèdantur. hinc il-læ plagæ Israëlitarū in deserto quasi dolentium p̄r labore. quod cùm au-disset Dominus, iratus est, & sicut ex rota non inuncta & stridula ignis facile excitatur, ita refractoriorum murmur ignem furoris divini ac-cendit; unde sacer Chronologus ac-jungit: quod cùm audisset Dominus, iratus est, & accensus in eo ignis Do-mini & devoravit extremam par-tem castrorum. timeat ignem, qui amat stridorem. Sidenq; leges sta-tuantur novæ, aut exp̄sæ in com-mune bonum erogantur, repetitur mox illud: ut quid perditio hæc? ve-rum ex ipsa voce avis agnoscitur, & novus Judas deprehenditur, fur & proditor, bono privato, non publico studiosus. Qui resistit po-testati, Dei ordinationi resistit. quid sequitur? & sibi damnationem ac-

Num. II.

Num. 16.

## PHILIPPICA XXXVIII.

*quirit Rom. 13. contra mūrmurones itaque Pharisæos, dum ago, nolite mūrmurare invicem, & non tantum omnia facite, sed etiam audite sine mūrmurationibus.*

S. 2.  
Mūrmurones mor-  
te digni.

1. Reg. 10.

*Saul in protoregem Israëlitici populi electo, cùm Thrasones nonnulli caperatâ fronte, corrugato naso, compressis supercilijs lingua in Christum Domini acuissent, num salvare nos poterit iste? accidit post mensis intercapedinem, ut Ammonitarum tyrannus Naas civitatem Gaaliditarum Jabel arctissimâ obsidione urgeret, nec alia pacis feedera admitteret, quām oculorum dextrorum effossionem. Audiuit hæc Saul, aratum paternum fortè fortunâ secutus, urgenteque ingenuum animum entheo Spiritu bovem utrumque in frusta concidit, & frustis pro clastico usus, in omnes Israëlis terminos misit nuntiatum: adeffēt quantocuyus, quotquot virilem cùm veste gerrent animum, alioquin ita bobus uniuscujusque futurum, prout concisis hisce factum videbant. nova hæc Regis novi exactio tam efficax fuit in tribubus Israëlis, ut populus mox ingens congregaretur, quem Saul imperator in hostem ducens, ita cecidit, fugavit profligavitque Ammonitas, ut nè duo quidem simul remanerent. voluit nimirūm Deus nè op̄rincipi prodigiosâ hac victoriâ conciliare auctoritatem, & nuperum murmur compescere faustiorique applaudere murmure, quo passim exclamabatur: quis est iste, qui dixit: Saul non regnabit super nos? date viros & interficiemus eos, ubi sunt, qui Sauli oblocuti legitimum contempseré principem? victimæ mortis prodantur, producantur, trucidentur, ut orbi constet universo, periculose eos contemni suggillarique, quos suo Dominator univer-*

forum suffragio in duces populi constituit: quis est iste qui dixit, non unus dixit, sed plurimi, cur ergò unus inquiritur? inquiritur unus, quia unitas numerum non facit; ut constet nullo eos in numero apud Deum hominésque censerit, quilegitimo Magistratui suo obtrectare audent.

Demus nihilominus plurimos & innumeros esse, ut omnino sinnè numero mūrmurones est inventire, juvat iterum ac tertio quærere: qui sunt isti, quibus sinnè murmure vivere videtur impossibile? imprudentes & indisciplinati sunt, ita pronuntiante Siracide: vir prudens & disciplinatus non mūrmurabit c. 10. vasa vacua sunt, quæ vel levem pulsum sinnè murmure ferre non possunt, tinnit, inane est. apertissimè Bernardus: hospitium cordis nostri per inhabitationē S. Spiritus impleri debet & sanctificari. nostræ dvitiae sunt boni mores & virtutes. Sed si incipimus mūrmurare, statim ab his spiritualibus bonis vacui remanemus & nudi. Sic Bernardus. qui sunt isti? lacui Lucernensi similes, in quem lapillus injectus grandem causare solet tempestatem, & pratis satisque exitium afferre; calculum aliquem Magistrat' aut foliolum quod vento rapitur, in oculos, aures, animosque injiciat, horrida mox ab infrænatis mūrmuronum animis erumpit tempestas, vomuntur tonitrua, jactantur fulmina; proh lacus infastos & fatales! qui sunt isti? muscæ caninæ sunt, serpentes igniti sunt, filii Belial sunt. inter ferales Ægypti plagas muscæ caninæ fuerunt, seu cynomyiae (itâ legunt Origenes, Sanctus Augustinus, Philo) quibus addid afflictæ est Pharaonis Regia, ut plagam eam scriptura vocet gravissimam: & venit musca gravissima Exod. 8. v. 24. Inter gravissimas rerum

S. 3.  
Mūrmurones per  
varias fi-  
militudi-  
nes de-  
nuntur.

S. Bernar-  
dus lib. de  
modo be-  
ne viven-  
di.

rumpublicarum plagas, quas princeps hujus mundi gaudet immittere, permittere autem solet justus cœlorum arbiter, sunt ejusmodi muscæ mussitantes & pungentes, latrantes & mordentes non tantum Magistratus infimos, sed supremos, ipsum adeò ter maximum Deum. & muscæ caninae à Beelzebub emissæ, & cerberi infernali sanguine ebriæ, quin ocyus eò reditis, unde existis.

**§. 4.**  
Murmu-  
rantes cur  
bignitis  
serpentibus puniti.  
  
Pl. 119. v. 4.  
Lesleus in  
Scotia an-  
no 1558.  
  
Sanctus  
Bernardus  
serm. 15. in  
Cant.

In poenam insolentis murmuris à rebelli populo adversùs legitimum Magistratum excitati immis-  
fos legimus serpentes igneos Nutm.  
21. à v. 6. quorum venenatis morsibus intererunt plurimi, dum mis-  
erentis Numinis jussu serpens æneus in remedium erexit à Moyse  
fuisset. Aptè, ait Cornelius hic, ser-  
pentibus puniuntur, quis serpentum virulentiam imitantur. murmurato-  
res enim & Magistratum contem-  
ptores acuerunt linguam suam sicut  
serpentes, & serpentibus pejus omni-  
bus mordent in occulto. Vomuit  
draco ignes superiori saeculo pro-  
pè Landoviam, quibus segetes &  
fruges incendit, ideoque colonos  
pervigilare ad extinguendos assidue  
ignes oportuit. graviora longè igni-  
vomi murmurones reipublicæ  
damno inferunt, quibus amoli-  
endis nullæ vigiliæ nullæ sufficiunt  
poenæ. serpentem æneum Moyses  
erexit, quem aspicientes à lethali-  
bus serpentum morsibus sanaren-  
tur; Filium Dei vivi in patibulo cru-  
cis affixit divina misericordia, ut re-  
spicientes in authorem fidei & con-  
summatorem Iesum disceremus ob-  
edientes fieri usque ad mortem;  
non sibilare, non murmurare, non  
ignes & venena spirare, sed agni in-  
star coram tondente obmutescere,  
obedire, mori. Exclamat hic mellifluus Docttor: quād dulciter Domine  
Iesu cum hominibus versatus es! sub-  
ditus sinè murmure, obediens sinè con-

traditione, patiens sinè tædio, quād  
abūdanter multa bona hominibus lar-  
gitus es! quād fortiter tam indigna-  
tam aspera & dura pro hominibus  
passus es! dura verba, duriora ver-  
bera, durissima supplicia. & duri & in-  
durati & obdurati filij Adam! quos  
non emollit tanta flamma, tanta be-  
nignitas, tam vehemens amator, ut  
in ejus gratiam subdi discant, obe-  
dire gaudeant, mori malint, quād  
vel levissimo murmure legitimæ  
potestati adversari.

**§. 5.**  
Murmu-  
rantes filii  
diabolorū.  
  
Joan. 8. v.  
44.

Verūm filij Belial, filij & viri  
absque jugo, inobedientiae, rebellio-  
nis, impietatis asseciae improbo suo  
murmure documenta dant, quā sint  
ab origine nati: vos ex Patre diabo-  
lo estis & desideria patris vestri vul-  
tis perficere, qui videlicet refracta-  
rio murmure pacem turbavit in  
cœlo, tertiam Angelorum partem  
terræ centro applausit, in paradi-  
so verò venenato suo sibilo proto-  
parentes intoxicavit & paradiſo ex-  
hibilavit, atque hunc reprobationis  
characterem omnibus filiis suis,  
qualis Judas, afflavit, ut audacter  
impudenterque obmurmurarent.  
Dignissima notata est Sancti Bernar-  
di gnomula: *murmurare grande pec-  
catum est, nemo qui murmurat, cœ-  
lum intrat, nemo qui cœlum adit,*  
murmurare potest. qui murmurat,  
venenum diaboli in lingua portat,  
caveamus proinde murmura, nè  
mortifero & diabolico veneno pe-  
reamus.

**§. 6.**  
Murmu-  
rantes gra-  
vissimis  
poenis ob-  
noxij.  
Rom. 13.  
v. 2.

Et quid quæſo emolumenti,  
quid voluptatis, quid honoris suo  
reportant ex murmure? facti sunt  
sibimet ipsis graves, atque ut lo-  
quitur Apostolus: *ipſi ſibi damnatio  
nem acquirunt, non æternam mo-  
dō [væ enim illis, ipſi in contradic-  
tione Core abierunt.]* sed etiam tem-  
poralem, ut nullam in animo tran-  
quillitatem, nullam foris jucundam  
societatem fortiantur. Ifraëlitæ ter-  
rae

S. Bernar-  
dus ser. 42.  
de modo  
bene vi-  
vendi.

Judæ v. 12.

ræ promissæ jam vicini ob insanum murmur, quod anno secundo ab egressu, mense Julio contigit, in apperrimam reducti sunt solitudinem, annosque triginta octo ibidem exigere, & murmuris sui poenas dare, imo, & terra lactifluâ æternum exulare debuerunt: hic murmuris scilicet fructus est. *omnes qui numerati estis à viginti annis & supra & murmuratis contra me non intrabitis terram.* Vide hic quid mereatur murmur, quamque Deo displaceat, ac time, nè sicut tot centena millia ob murmur unicum exclusa sunt terrâ promissa, perieruntque ac sepulta sunt in deserto, ita patiter & tu, si murmures & inobediens sis Deo ejusque Vicarijs, cœlo excludaris ac sepeliaris in gehenna. Tam grave ejusmodi murmur, est, ut lethiferæ noxæ reum judi-

*S. Augusti*  
nus ep. 56.  
*S. Bernardus lib. de Rom. 13. v. 2.* qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt & v. 4. i-deo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter

*Cornelius*  
ap. lapid. in  
ep. ad Ro-  
man.

conscientiam, ex quo arguit Cornelius hic leges civiles etiam gentilium impiorum & infidelium principum obligant in conscientia sub peccato mortali, secluso quoque scandalo, si res gravis, gravi obligatione vel intermissione præcipiatur ab eis. Tam grave murmur est, ut peccato idolatriæ conferat Sanctus Gregorius explanans illa Samuelis ad Saulem verba 1. Reg. 15. quasi scelus idolatriæ est, nolle acquiescere. Tam grave refractoriorum murmur est, ut ipsis adeo aviculis sit intolerabile, sic enim Salomon monet Eccl. 10. v. 20. in cogitatione tua Regine detrabis, & in secreto cubiculi tui, nè male dixeris diuini, quia & aves cœli portabunt vocem tuam, ut à supremo Numine severam murmuris poenam exigant.

*Subditi estote*, ait iterum Paulus, non solum propter iram cum Deum hominum, sed etiam propter conscientiam, quæ lætari non potest, cum in ea inquietum murmuris peccatum velut musca mussitat, velut anguis sibilat, velut cerberus allatrat; perduelle cor Absolonis

<sup>2. Reg. 18.</sup>

tribus confixum lanceis cœlum inter terrâaque pendulum ( quasi neutrum sustinere vellet aut posset sceleris atrocitatem ) Joab reliquit, plusquam tribus jaculis cor murmuronis configitur in poena, quod jaculo murmuratis linguae uno velut iœtu tres fauciârit, audientem scilicet, coram quo murmuratum est, & Magistratum, in quem murmur effusum est, Deum quoque, cuius ordinationi resistit, qui vicariæ resistit & obmurmurat potestati. Notavit Doctor Angelicus gravius fævitum à divina justitia in eos, qui Moysi obtrectarunt, quam qui vitulum aureum adorarunt, in hos enim gladius duntaxat Levitarum grassatus est, in illos verò ignis debacchatur cœlitus, terra infremis funditus, & vivos spirantesque in ima tartari deturbat, ut sæculis omnibus constet, quam exosi supremæ Majestati sint, qui impio in Magistratus cum sacros tum politicos murmure delinquent.

Quin ergo & aures & ora murmurorum, si verba non sufficiunt, verberibus obturemus, aut si neutrum valemus, cane & angue pœjus fugiamus, damnamus, execremur, nè ut Apostolus monet, involvamus in peccatis eorum, & sic cum infelici illa triade Core Datian Abiron omnis familia ( ducenti quinquaginta viri ) perit, vel ob ipsam murmuronū infaustissimam præsentiam præsenti vitæ salutisque discriminis non exponamur.

<sup>§. 7.</sup>  
Castigandi  
murmuro-  
nes.

PHI-